

Band I., Nr. 233, Seite 276-280

*König Heinrich IV. bestätigt die Wiederherstellung des Klosters Hirsau
durch den Grafen Adalbert von Calw.*

Worms, 1075. Oktober 9.

(Chr.) In nomine sanctae et individuae trinitatis. Heinricus, divina favente clementia rex. Omnium sanctae dei aecclesie fidelium, presentium scilicet ac futurorum, cognoscat industria, quod in regno nostro regulare quoddam monasterium situm est, in provincia scilicet que dicitur Theutonica Francia, in episcopatu Nemetensi, in pago Wiringowa dicto, in comitatu Ingirisheim¹, in Silva que dicitur nigra, iuxta fluvium qui dicitur Nagaltha, quod Hirsavgia, sive sancti Avrelii cella nuncupatum est, ubi et idem sanctus corpore requiescit. Quod tempore Lvdowici pii regis in honore sancti Petri et sancti Avrelii episcopi constructum honorifice et deo dicatum est ab Erlefredo quodam, nobili senatore et religioso, et a Notingo filio eius, reverentissimo Uercellensi episcopo, aliisque parentibus Adalberti, comitis de castello Chálawa, set deinceps a posteris eorum dissipatum est. Nunc autem comes idem Adalbertus, instinctu dei tactus, nec non coniugis sue Wieldrvde crebris precibus adhortatus, monasterium ipsum iam restauravit, et, que aliquandiu inibi defecit, vitam monachicam reparavit, et predia que illuc antiquitus a parentibus suis tradita sunt, set partim iam a posteris eorum invasa, partim et a se ipso quasi iure hereditario possessa sunt, reddidit, et insuper de propriis tot ac tantas impensas prediorum illuc contradidit, quo servitium dei nunc a XV fratribus, sub regula sancti Benedicti inibi procurandis, gratia dei peragi et stabiliri possit, coniuge ipsius prenominata, filiis Brvnone, Adalberto, Gotifrido, et filiabus Öta et Irmingarda, sibi in hoc, ut in omnibus his institutis, omnino consentaneis. Et imprimis ipsum scilicet locum Hirsaugiam, cum omnibus nunc in presentiarum illuc collatis iusticiis legitimis et pertinentiis prediorum, mancipiorum, censorum, pecuniarum, seu quarumcunque rerum, ex toto super altare sancti Avrelii reddidit, delegavit et contradidit domino deo, sancte Marie, sancto Petro apostolo, sancto Aurelio episcopo et sancto Benedicto in potestatem et proprietatem, et predicti monasterii abbati, nomine Willehelmo, eiusque successoribus in dispositionem liberam celleque necessariam, fratribusque deo sub regula monastica inibi servituris ad utilitatem. Et ne umquam a posteris similiter ut a parentibus suis dei servitium deinceps illic destrui possit, prudenter prorsus decrevit et constituit, eandem

¹Von Groß- bzw. Kleiningersheim, Ingersheim, LB.

II

cellam cum omnibus suis pertinentiis, nunc collatis et dehinc conferendis, ab hac die et deinceps, omnino non subdi nec subesse iugo alicuius terrene personę vel potestatis, nisi abbatis solius dominationi, ordinationi et potestati; et sic totius libertatis iure et privilegio eam adimpliavit, et ob regni celestis hereditatem in Christo omnimodis stabiliter sublimavit. Dehinc omni potestate, servitio, iure et proprietate predicti monasterii ipse cum coniuge et filiis et filiabus supradictis sese omnino feliciter abdicavit. Sed hoc totum revera felix negotiator prudenter effecit, primum ob spem et premium vite ęterne, ob remissionem omnium peccatorum, ob salutem corporum, et sempiternam requiem animarum, et ob cotidianam memoriam sui ipsius, coniugis sue prenominate, filiorum et filiarum suarum, nec non omnium parentum, posterorum, consanguineorum amicorumque suorum, et omnium ad curam suam pertinentium, ob memoriam quoque regum, episcoporum, principum et omnium predictę cellę statum et honorem diligentium et defendentium, et omnium Christi fidelium; et quod, prout posse suberit, cunctis Christi pauperibus beneficium semper illic patefiat receptaculum. Ad hec etiam, ut fratres coenobii ipsius, nunc inibi congregati et adhuc in Christo congregandi, tutius ac liberius domino deo in sanctę professionis securitate servire possint, huiusmodi eos libertatis munere donavit, ut, quandocumque patre suo spirituali orbatı fuerint, ipsi habeant liberam potestatem, secundum regulam sancti Benedicti inter se, vel undecumque si opus fuerit, abbate[m] sibi non solum eligendi, set etiam constituendi. Quem dum regulariter fratres eligant, dehinc, ut solet, ad constituendum eum in choro monasterii conveniant, et una, clero, advocato, populoque sanctuario presentibus, decanus, vel quicumque prior sit loci illius, accipiat virgam regiminis de altari sancti Avrelii, et absque omni prorsus contradictione tradat in manum ipsius, quem tota fratrum congregatio sibi elegerat. Hic subinde canonice abbas ordinatus, sine alicuius personę dominatione et impedimento, susceptum ministerium pro posse et scire suum impleat, solique deo secundum ordinem suum liber serviat, liberamque omnino rerum sibi commissarum in Christo disponendarum intus et foris potestatem habeat. Qui si forte preter necessitatem monasterii et communem fratrum utilitatem sacrilegus, quod absit, licentiose et seculariter abuti presumpserit instituta libertate, familia, bonis rebusve sanctuariis, et ob id, fratrum premonitiones contemnens, ad suam suorumve privatam cupiditatem et libitum temere ea dissipaverit; vel si beneficia quibuslibet personis, nisi necessariis monasterii ipsius servitoribus, prestiterit; aut si regibus, episcopis, seu quibuscumque personis consentaneus annuerit, si forte libertatem monasterii pervertere sibi que locum sanctum subicere attemptaverint, sive aliquod servitii statutum inde sibi fieri exegerint: mox posteri comitis predicti, cum suffragio fratrum, advocati, cleri, totius familię et omnium bonorum, rite a fratribus hunc accusatum, iusteque ab eis convictum dignitate

III

sua abici perficiant, aliumque iuxta predictam libertatem et sancti Benedicti regulam fratres sibi eligant, et absque omni contradictione pro illo substituant. Concedit etiam comes predictus, prefatę cellę advocatum aliquem de posteris suis fieri, si tamen loci ipsius abbas cum consilio fratrum talem inter eos invenerit qui, sicut ipse comes nunc, non pro terreno commodo, set pro ęterna mercede sollicitus et studiosus, bona et constitutam monasterii libertatem et iustitiam defendere voluerit. Sin autem, aptum et utilem advocatum undecumque sibi placuerit eligat. Hic denique abbate petente a rege accipiat bannum legitimum, et ter in anno, si necesse fuerit, aut in ipsam cellam, aut ubicumque vel quando abbati placuerit, invitatus ab illo veniat, et ibi placitum iustum pro causis et necessitatibus monasterii rite peragat. Nullum autem aliud servitium, ius aut beneficium sibi pro hoc concedi recognoscat, nisi tertium bannum, et consuetudinariam iustitiam et legem quam cęteri advocati in aliis liberis monasteriis habent super fures, proterviam, et censuales, et cętera talia, et in illis trium placitorum diebus, in unoquoque unum maltrum de frumento, et unum friskingum, et unum siclum de vino et cętera ad hęc pertinentia. Preterea item constituit, quod nisi abbate volente et advocante, bona et loca monasterii suis frequentiis temerarius et sine causa minime adeat vel attingat, nec presumptuosus in eis placitum quodlibet, vel pernoctandi licentiam habeat, nec subadvocatum pro se faciat, nec omnino aliquam absque ratione calumniam, pervasionem, aut iniuriam monasterio, abbati, vel familię faciat. Si autem non ut advocatus, set potius calumniator et pervasor monasterii fuerit, omnino potestatem habeat abbas, cum consilio fratrum hunc reprobare et alium sibi utiliozem undecumque eligere. Constituit etiam et hoc comes pęfatus, et nos ipsius petitione firmiter statuimus, quod si quispiam posterorum suorum, vel quarumcumque homo personarum unam vineam, unum mansum, unum molendinum, vel saltem unum mancipium, sive tale aliquid a suprascripta cella temerarius iniuste abstulerit, ut nostri nostrorumque successorum regia potestate coactus III auri talenta ad erarium regis persolvat, primitus reddito ęclesię quod invaserat. Si vero quislibet illorum, quod absit, curtim vel aliquam villam inde violentus abalienaverit, sive manifestus invasor bonorum ipsius cellę extiterit, vel si hoc testamentum traditionis et libertatis quocumque ingenio seu argumento legum secularium pervertere vel infringere attemptaverit, C auri libras ad regiam item persolvat cameram, et reddat primitus ęclesię et secundum leges item componat quod ablatum fuerat; et sic intentio illius omnino irrita fiat. Ministris quoque et familię sanctuarię eandem concedit legem et servitutum quam cęterę in regno nostro liberę abbatię habent, ut tanto fideliores prelatis suis per omnia serviant. Super hęc omnia comes sepe dictus apostolicum privilegium acquisivit, et constituit ut unus aureus quem bizanthium dicimus, singulis annis Romam ad altare sancti Petri ab abbate predicti monasterii in pascha

IV

persolvatur, eo pacto ut libertatis istius et traditionis statuta tanto perennius inconvulsa amodo permaneant, et ut predictum coenobium sub Romanę ecclesię mundiburdio et maiestate securum semper stabiliatur et defendatur, si forte quispiam regum, vel posteriorum eius, seu quarumcumque homo personarum, quod absit, testamentum hoc ullo ingenio infirmare vel infringere presumpserit. Si autem id, quod absit, a quolibet illorum, diabolo instigante, fiet, obsecrat comes idem et omnino testificatur apostolicum pontificem per Christum, et per sanctum Petrv̄m apostolum, et sanctum Avreliv̄m episcopum, et per omnes sanctos dei, et per tremendi iudicii diem, ut illum dei et sanctorum eius contemptorem et testamentarię huius conscriptionis destructorem, nisi resipuerit, tradat omnino satanę, et anathemathizet eum ac profanet a consortibus et filiis aecclesię sanctę dei et heredibus vitę ęternę, ut et auferat deus memoriam illius de terra viventium, et deleat nomen eius de libro vitę, et ut cum Dathan et Abyron, quos terra aperto ore deglutivit, et vivos infernus absorbit, perennem incurrat damnationem, et ut Herodis, Pilati et Iudę socius factus in ęternum discrucietur, et cum Sodomitis et Gomorritis ignis et sulphuris imbres hic experiatur, et Heliodori plagas et verbera hic perpetiatur, et Antiochi tormentis, vermibus scilicet scaturiens et cum fetore computrescens, miserrime conteratur, et, nisi resipiscat, Petrv̄m regni cęlorum archiclavigerum cum sancto Avrelio et tota cęlesti militia portę Paradysi obstitorem habeat in ęternum. Predia autem seu villę ad predictum monasterium antiquitus pertinentia et ab eodem comite nunc reddita hęc sunt. Inprimis ipse locus Hirsaugia cum tribus villulis Lutzelenhart², Altpuren, Nagalthart³, Hustetan⁴, Deggenphrum, et quę sita sunt ad Gilistan, ad Stamheim cum villulis item tribus Sumenhart, Lutzelenhart⁵, ad sanctum Candidum⁶; ad Mettilingan, ad Mouchingan, ad Gretzingan, ad Muclingan; ad Marchilingan tres hobę, et Gumprehteswilera dimidium. Hęc autem comes predictus de suis superaddidit predictis: Ottenbrunnan et quę possidebat ad Wile⁷, cum villulis binis Grekkenbach et Blanda, et ad Biberbach⁸, ad Botenanch, ad Tambach⁹, ad Waleheim duas hobas et VI iugera vinearia, et

²Lützenhardt, ein ehemaliges Hofgut, auf dessen Gebiet heute die Landeslinik Nord-schwarzwald errichtet ist.

³Vielleicht das heutige Spekhart, Calw, CW; vgl. Das Land Baden-Württemberg. Amtliche Beschreibung nach Kreisen und Gemeinden, hrsg. Von der Staatlichen Archivverwaltung / Landesarchivdirektion Baden-Württemberg, 8 Bde., Stuttgart 1974-1983, Bd. 5, S. 494.

⁴Unterhaugstett, Bad Liebenzell, CW.

⁵Lützenhardt, Bad Teinach-Zavelstein, CW.

⁶Kentheim, Bad Teinach-Zavelstein, CW.

⁷Weil der Stadt, Weil der Stadt, BB.

⁸*Biberbach*, heute Feuerbach, Stuttgart, S.

⁹*Tambach*, unermittelt.

Gumprehteswilare dimidium, et ecclesiam ad Toffingan, et ad Malska.

 Hęc scilicet predia cum mancipiis ad predicta loca pertinentibus reddidit et
 contradidit ad predictum coenobium, cum ecclesiis, fabricis, vinetis, agris,
 pratis, silvis, pascuis, aquis aquarumque decursibus, piscationibus, molendi-
 nis, exitibus et redivibus, cultum et incultum, cum marchis et terminis legiti-
 mis, statuta quoque et iura censoria, cum omnigena integritate legitimorum
 suorum et utilitate et servitiis quae ullo modo inde provenire vel excogitari
 poterunt. Ut autem predictę traditionis et libertatis status et omnia predicta
 statuta, ea ratione quo deo et sanctis eius destinata sunt, ab hac die omni
 evo in Christo rata et inconvulsa permaneant, hanc cartam testamentariam
 predicti comitis rogatu conscribi, manuque propria corroborantes sigilli no-
 stri impressione iussimus insigniri.

 Signum domni quarti Heinrichi
 regis invictissimi. (*Monogramm.*) (*Siegel.*)

 Adelbero cancellari-
 us vice Sigefridi archicancellarii recognovi.

 Data^a est VII. idus
 Octobris, anno dominicę incarnationis millesimo LXXV., indictione XIII.¹⁰,
 anno autem ordinationis domni quarti Heinrichi regis XXI., regni vero XVIII.
 Actum Wormacię in dei nomine feliciter. Amen.

 Traditio^b autem
 comitis Adalberti facta est apud Hirsavgiam, in ipsis foribus aeccliesię, an-
 no item incarnationis dominicę millesimo LXXV., indictione XIII., feria II.,
 luna XXX., XVIII. kalendas Octobris, ipsa scilicet festivitate sancti Avrelii,
 his testibus cum omni populo astantibus et audientibus: comes Liutoldus de
 Achelm, domnus Adalbertus de Antringen, domnus Liutfridus de Chresbach,
 domnus Adalbertus de Buchslat. Buobo de Gruonbach. Ruodolfus de Hal-
 dewanch. domnus Eberhardus de Metzingan. Eberhardus de Mulin. Diemo
 de Malbodesheim. Liutbrandus de Husan¹¹. domnus Ezzo de Sulichen. dom-
 nus Ödalscalch de Chuningin. Altrich de Iungingen. Ruodolfus de Phullin.
 Managolt de Tatichingen. Arnoldus de Husan¹². Adalgoz de Mindilowa.

^aDas Wort *data* ist von gleicher Tinte wie die übrige Urkunde, die folgenden Worte von etwas blässerer Tinte.

^bDas Wort *traditio* ist von gleicher Tinte wie die übrige Urkunde, die folgenden Worte von etwas blässerer Tinte.

¹⁰Montag, der 14. September, fällt noch in die 13. Indiktion, während der oben angegebene Bestätigungstag vom 9. Oktober schon zur 14. Indiktion gehört. Auch die übrigen Zeitangaben stimmen, nur müssen die angegebenen Regierungsjahre Heinrichs (zum König geweiht 1054 Juli 17, zur Regierung gekommen 1056 Okt. 5) so gezählt werden, dass das Kalenderjahr, in welches der Anfangstag derselben fällt, als das erste genommen wird.

¹¹Hausen, Weil der Stadt, BB.

¹²Wahrscheinlich Bergerhausen, MIndelheim, MN.

Der Textabdruck folgt dem angeblichen Original aus dem letzten Viertel des 11. Jahrhunderts, das in das Hauptstaatsarchiv Stuttgart zurückgekommen ist.

 In Wachs aufgedrücktes, sehr verdorbenes Siegel. Doch ist der auf dem Thron sitzende König, und insbesondere der auf der Spitze seines Zepters sitzende Vogel (Adler) noch erkennbar, ebenso von der Umschrift HEINRICVS D...I ... REX. *gratia* ist verschwunden.

 Es handelt sich bei der Urkunde um eine Fälschung. Vgl. über die eigenartige, wichtige Stellung dieser Urkunde in diplomatischer und rechtsgeschichtlicher Sicht ALBERT NAUDÉ: Die Fälschung der ältesten Reinhardsbrunner Urkunden, Halle 1883, S. 67–70, und S. 89–103.

 Den Einfluss, den dieses Privileg König Heinrichs IV. für Hirsau auf die Stiftungsurkunden anderer Reformklöster in Süddeutschland gehabt hat, untersucht HANS HIRSCH: Studien über die Privilegien süddeutscher Klöster im 11. und 12. Jahrhundert. In: MIOG Erg.bd. 7 (1907), S. 471-612. , S. 471–612, bezüglich der Klöster Schaffhausen, St. Blasien und St. Georgen . Er zieht zahlreiche, im WUB enthaltene Königs-, Papst- und Bischofsurkunden in den Bereich seiner Untersuchungen. Ein besonderer Abschnitt gilt den Privilegien von Kloster Alpirsbach.

 Die rege diplomatische Diskussion über die Urkunde, das Hirsauer Formular, dauert an. Gegenüber der MGH-Edition traten Kassius Hallinger und Theodor Mayer 1950 für die Echtheit der Urkunde ein; diesem Urteil folgte auch Hermann Jakobs 1961. In den Nachträgen und Berichtigungen der MGH-Edition (MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER, Bd. 6: Die Urkunden Heinrichs IV., bearb. von Dietrich von Gladiss und Alfred Gawlik, Berlin (Teil 1), Weimar (Teil 2) bzw. Hannover (Teil 3) 1941-78, S. 730 f.) wird die Urkunde als Zweitausfertigung bezeichnet und die formale Echtheit unterstrichen. 1991 hat sich HERMANN JAKOBS: Das Hirsauer Formular und seine Papsturkunde. In: Hirsau St. Peter und Paul 1091-1991. Teil II: Geschichte, Lebens- und Verfassungsformen eines Reformklosters, bearb. von Klaus Schreiner (Forschungen und Berichte der Archäologie des Mittel erneut mit dem Diplom befasst.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

HStA Stuttgart

Signatur/Titel des Originals:

H 51 U 6

Überlieferung und Textkritik:

Original. 1 alte collat. Pergamentkopie mit 2 neueren Abschriften: HStA Stuttgart A 491 U 1.

Editionen:

JOHANNES TRITHEMIUS: *Chronica insignis monasterii Hirsaugiensis ordinis S. Benedicti*. In: *Johannis Trithemii Spanheimensis primo, deinde D. Iacobi Maioris apud Herbipolin abbatis [...] secundae partis chronica insignia duo: I. Coenobii Hirsaugiensis, dioc.*, S. 86. JOHANNES TRITHEMIUS: *Annalium Hirsaugiensium opus numquam hactenus editum & ab eruditis semper desideratum complectens historiam Franciae et Germaniae, gesta imperatorum, regum, principum, episcoporum, abbatum et illustrium virorum*, 2 Bde., Sankt Gall, Bd. 1, S. 239 ff. CHRISTOPH BESOLD: *Documenta rediviva monasteriorum praecipuorum in ducata Wirtenbergico sitorum [...]*, 2 Bde., Tübingen 1636, Bd. 1, S. 513, Nr. 1 (Hirsauer Dokumente). Mager: *De advocatia armata*, Bd. 9, S. 394. FRANZ PETRUS: *Suevia ecclesiastica seu clericalia collegia tum secularia tum regularia [...]*, Augsburg 1699, S. 417. MONUMENTA BOICA, HRSG. VON DER BAYERISCHEN AKADEMIE DER WISSENSCHAFTEN, 60 BDE., MÜNCHEN 1763-1916. [MIKROFICHE-AUSG.: Erlangen 1998], Bd. 29, Nr. 423, S. 191 (nach dem angeblichen Original). MONUMENTA GERMANIAE HISTORICA. DIE URKUNDEN DER DEUTSCHEN KÖNIGE UND KAISER, BD. 6: *Die Urkunden Heinrichs IV.*, bearb. von Dietrich von Gladiss und Alfred Gawlik, Berlin (Teil 1), Weimar (Teil 2) bzw. Hannover (Teil 3) 1941-78, S. 357-362, Nr. 280 (unecht). *Dokumente württembergischer Geschichte aus tausend Jahren*. Katalog der ständigen Ausstellung des Hauptstaatsarchivs Stuttgart, bearb. von Margareta Bull-Reichenmiller, Stuttgart 1991, S. 21 (Abb.).

Regesten:

Stumpf-Brentano: *Reichskanzler*, Bd. 2, Nr. 2785.

Literatur:

ALBERT NAUDÉ: *Die Fälschung der ältesten Reinhardsbrunner Urkun-*

den, Halle 1883, S. 67–70, und S. 89–103. Hirsch: Süddeutsche Klöster, S. 471–612. Dokumente württembergischer Geschichte aus tausend Jahren. Katalog der ständigen Ausstellung des Hauptstaatsarchivs Stuttgart, bearb. von Margareta Bull-Reichenmiller, Stuttgart 1991, S. 20, Nr. 7. MGH DD H IV, S. 730 f. HERMANN JAKOBS: Das Hirsauer Formular und seine Papsturkunde. In: Hirsau St. Peter und Paul 1091-1991. Teil II: Geschichte, Lebens- und Verfassungsformen eines Reformklosters, bearb. von Klaus Schreiner (Forschungen und Berichte der Archäologie des Mittel (S. 98 ff. deutsche Übersetzung).

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Worms

Ortsindex:

Achalm Wohnplatz (15987)
 Achalm, Reutlingen, RT, A
 Altburg Wohnplatz (6977)
 Altburg, Calw, CW
 Bauschlott Wohnplatz (7165)
 Bauschlott, Neulingen, PF
 Bergerhausen, Mindelheim, MN
 Blanda Wüstung (21560)
 Blanda, Weil der Stadt, BB, W
 Botnang Wohnplatz (11)
 Botnang, Stuttgart, S
 Calw Wohnplatz (6981)
 Calw, CW
 Deckenpfronn Wohnplatz (96)
 Deckenpfronn, BB
 Dätzingen Wohnplatz (287)
 Dätzingen, Grafenau, BB
 Döffingen Wohnplatz (288)
 Döffingen, Grafenau, BB
 Feuerbach Wohnplatz (17)
 Feuerbach, Stuttgart, S
 Greckenbach Wüstung (21562)
 Greckenbach, Weil der Stadt, BB, W
 Großingersheim Wohnplatz (1154)
 Großingersheim, Ingersheim, LB
 Grömbach Wohnplatz (7448)
 Grömbach, FDS
 Grötzingen Wohnplatz (556)
 Grötzingen, Aichtal, ES
 Gumprechtsweiler Wüstung (22936)
 Gumprechtsweiler, Calw, CW, W
 Gültstein Wohnplatz (114)
 Gültstein, Herrenberg, BB
 Hallwangen Wohnplatz (7388)
 Hallwangen, Dornstetten, FDS
 Hausen Wohnplatz (234)
 Hausen, Weil der Stadt, BB
 Hirsau Wohnplatz (6984)
 Hirsau, Calw, CW
 Hohenentringen Wohnplatz (16226)
 Hohenentringen, Ammerbuch, TÜ
 Jungingen Wohnplatz (16635)
 Jungingen, Ulm, UL
 Kentheim Wohnplatz (6967)
 Kentheim,

Bad Teinach-Zavelstein, CW
 Kleiningersheim Wohnplatz (1156)

 Kleiningersheim, Ingersheim, LB
 Krefsbach Wohnplatz (16209)

 Krefsbach, Tübingen, TŪ
 Köngen Wohnplatz (383)
 Köngen,
 ES
 Landesklinik Nordschwarzwald Wohnplatz (6988)
 Lan-
 desklinik Nordschwarzwald, Calw, CW
 Lützenhardt Wohnplatz
 (6969)
 Lützenhardt, Bad Teinach-Zavelstein, CW
 Maichin-
 gen Wohnplatz (210)
 Maichingen, Sindelfingen, BB
 Malms-
 heim Wohnplatz (185)
 Malmsheim, Renningen, BB
 Malsch
 Wohnplatz (5383)
 Malsch, KA
 Merklingen Wohnplatz (236)

 Merklingen, Weil der Stadt, BB
 Metzingen Wohnplatz (15896)

 Metzingen, RT
 Mindelau, Mindelheim, MN
 Möttlingen Wohn-
 platz (6782)
 Möttlingen, Bad Liebenzell, CW
 Mühlen Wohn-
 platz (7495)
 Mühlen, Horb am Neckar, FDS
 Münklingen
 Wohnplatz (237)
 Münklingen, Weil der Stadt, BB
 Otten-
 bronnn Wohnplatz (6773)
 Ottenbronnn, Althengstett, CW
 Pful-
 lingen Wohnplatz (15957)
 Pfullingen, RT
 Sommenhardt Wohn-
 platz (6972)
 Sommenhardt, Bad Teinach-Zavelstein, CW

 Speßhardt Wohnplatz (6995)
 Speßhardt, Calw, CW
 Stamm-
 heim Wohnplatz (6997)
 Stammheim, Calw, CW
 SÄ¼lchen,
 Rottenburg am Neckar, TÄœ, W
 Sülchen Wohnplatz (16189)

 Sülchen, Rottenburg am Neckar, TŪ
 Tambach
 Unterhaugs-
 tett Wohnplatz (6783)
 Unterhaugstett, Bad Liebenzell, CW

 Walheim Wohnplatz (1133)
 Walheim, LB
 Weil der Stadt
 Wohnplatz (248)
 Weil der Stadt, BB
 Worms, WO

 Würmgau